me (*a*) qualquier, no sea tenudo de dar parte à sus hermanos despues de muerte de su padre, ò de su madre, maguer gelo demande

necessaria, ad quam erogandam tenetur pater filio consecutivè, sicut tenetur ad alimenta: *ut l. alimenta, C. de neg. ges.* & de impensa cum voluntate facta in studijs in quibus homines dicuntur militare cum pater ad illam cogatur, non tradetur in collatione: *not. Bar. in alleg. §. non solum, & in l. 1. §. nec castrense, ff. de coll. q. fi. licèt de jure Partitarum, in collatione tradi non debeat, ut 6. Part. tit. 15. l. 4. & l. 8.* unum tamen nota, quòd si pater habet bona materna filij in pecuniam quòd in expendendo pro eo in studio, præsumitur quòd det de bonis filij tanquam legitimus administrator: *ut not. Bar. in alleg. §. nec castrense, & in l. filius à patre, ff. de petit. hæred.* Ad quæsitum enim ex advocatione, vel ejus occasione censetur peculium quasi castrense, & non venit conferendum, sivè quis habeat salarium de publico, sivè de privato à clientulis: *ut est text. cum not. per Bal. & Salic. in l. fori, C. de adv. diver. jud.* & vide rationem hujus dicti *in l. advoc. eod. titul.*

(*) El Rey. Quòd si Rex donat militi, vel advocato causa militiæ erit castrense peculium, vel quasi: *ut l. cum alleg. C. de castrensi peculio, & ff. ead. l. castrense*, idem si à quocumque donetur æquus, & arma militi, & libri advocato, quia tunc erit castrense, vel quasi: *ut l. miles, in princ. ff. de castrens. pecul.* idem etiamsi aliquid donet ab eo qui propter militiam erat donaturus, aliàs non est castrense: *ut l. si fortè, & quòd ibi not. ff. de castrens. pecul. & C. eod. tit. l. 2.* & sivè sit castrense, seu adventitium non venit conferendum nisi solum profectitium: *ut not. in alleg. l. cum oportet, & in l. si emancipat. C. de coll. & ibi per Bal.*

(*a*) O otro home. *Hic adaptari potest quòd not. Bart. in tractatu de duobus fratribus, in 5. quæst. 2.* qui tenet, quòd si filius faciendo mercantias cum pecunia paterna, habuit notitiam cum aliquo domino qui ei donavit aliquid, quòd illud non veniat conferendum: *quòd est contra opinionem Spec. tit. de jud. §. sequitur videre, ver. quid si isti filio*: & est ratio secundum Bar. quia negotiatio, vel mercantia est causa remota ipsius donationis, licèt per mercantiam habuit filius notitiam cum donatore; quàm aliàs non habuisset, ideo tanquam adventitium non venit communicandum: *ut ff. pro socio, l. socium qui in eod. §. fi. & ibi glos. & in l. 1. §. nunc videamus, de emanc. liber.* si autem mercantia esset causa proxima, & immediata ipsius donationis, ut quia ratione mercantiæ quis donavit, volens societati acquiri, & tunc venit conferendum: *ut ff. pro socio, l. in actione, §. item Labeo.* ex quibus apparet secundum Bar. quòd omnes leges dicentes respiciendum cujus contemplatione, &c. debent intelligi de causa proxima, & immediata *per dict. l. socium, qui in eod. §. fi. quòd est notandum.* Juxta materiam præcedentem quærunt DD. an filius invito patre possit studere, ita quòd pater teneatur ei emere libros, & facere expensas: *& glos. in l. Macedoniani, C. ad Senatus-Cons. Maced.* sentit, quòd ubi pater prohibuit specialiter filio ne studeret non tenetur: *ut ff. ad Maced. l. Julian. §. quòd dicitur*, sed si expræssè non prohibuit, tunc tenetur, quia scientia filij lætificat cor patris: *ut in auct. const. quæ de dignitatibus, §. generaliter*, idem si filius cœpit studere patris voluntate, quia tunc non potest pater pœnitere, sed tenetur ad emendum libros: *ut alleg. glos. quòd est verum, ut ibi not. Bal.* si filius est aptus ad discendum, aliàs secus, nam artificialia studia naturalibus ingenijs convenire debent, aliàs sumptus perditur, quia quosdam sic hebetes natura creavit, quòd summis studijs nil addiscere valent: *ut ff. de leg. 3. l. stichus*, & nota quòd licèt pater tenetur emere libros ad usum filij, non tamen tenetur eos donare, & ideo sunt communes omnium fratrum: *ut not. Doct. in alleg. l. 1. §. ne castrens. de coll. bon.* tamen fratres debent esse extimatione contenti pro rata eorum, quia sicut militi non debent auferri arma, ita nec libri studentibus: *ut not. glos. notabilis, ff. de verb. sign. l. nepos Procul. not. Bald. in alleg. l. Maced.* & idem intelligo de mu-

(c) 2008 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación